Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-241207584-12

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-241207584-12
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-241207584-12

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-241207584-12

1721.

1. Barckhaus, Benjamin, de: De nullitate venditionis sub hasta absque praesente pecunia factae

2. Humold, Hugo Francisc., Facult. juridicae decanus (ad disputationem inaug. Georgii Ludovici Weselii invitat).

3. Humold, Hugo Franciscus: De pacto pignoris antichretico.

4. Humold, Hugo Franciscus: Advocatum legitimatum ... publice examinandum sistit.

5. Maier, Joh. Heinrich, Fac. juridicae decanus l. b. s. et. o. (ad disputationem inaug. Johannis Gottliebi Honigkii invitat).

6. Meier, Joh. Heinrich, Fac. juridicae decanus l. b. s. et. o. (ad disputationem inaug. Johannis Christiani Gastenbergi invitat).

7 Meier, Joh. Henrich, Facult. juridicae decanus Z

l. b. s. et. o.: (ad disputationem inaug. Joh. Georgii

Reirmanni invitat).

8. Meier, Joh. Henrich, Facult. juridicae decanus l. b. s. et o.

(ad disputationem inaug. Christiani Gottlieb Wilckii

invitat)

9. Meier, Joh. Henricus: De statutis Salzensibus et

successione conjugum juxta ea

10. Meier, Joh. Henricus: De eo, quod justum est circa

liberationem inquisiti a sumptibus processus, prae-

sertim in foro Saxonico.

11. Meier, Joh. Henricus: De praejudicio tacentis circa

contractus.

12. Meier, Joh. Henricus: De judiciis incompetentis:

competentia ex causae continentia.

13. Niess, Wilhelmus: Dissertatio inaug. juridica, proponens principia de formando processu inquisitorio.

14. Pfilzer, Joan. Gottfried: De restricta per jus Saxonicum mulierum in res suas potestate.

15. Tre, Joannes Fridericus, Dr.: De ictero.

16. Reimann, Joanne Georgius: De edendis a judice actis ad formandam defensionem pro avertenda inquisitione.

17. Schneider, Esaias Philippus: Specimen conciliationis antinomiarum quarundam in jure statutario Francofurtensi apparentium.

18. Skert, Franciscus Philippus: De successione anomala.

19. Skimper, Joan. Georg: Dissertatio inaug. juridica sistens jurisdictionem ecclesiasticam et saecularem in causis mixti fori concurrentem, praeventione in iis obtinente terminandam.

20. Tenzell, Ernestus: De hypotheca tacita, quatenus libros studiosorum afficit. 6

1722.

1. Brückner, Jacobus Ernestus: De obligatione alternat[illegible]

2. Buettner, Petrus: Dissertatio inaug. juridica, exhi[illegible] collationem juris civilis Romani cum statutario Fra[illegible] furtensi circa successionem conjugum. 7

3. Fischerus, Joh. Andreas: Disputatio inaug. medica, sistens haemorrhoides ex palato profluentes. 8

4. Freiesleben, Christ. Henricus: De difficultate jurisprudentiae hodiernae, ex retentis in statu monarchi[illegible] doctrinis, quae ad statum reipublicae aristocratic[illegible] democraticae aptae erant, orimeda.

5.[a] Henning, Joach. Ferdinandus: De exceptione excussionis actioni hypothecariae contra tertium institutae opposita.

5b Zoch, Jo. Georgius: De meritis juris consultorum speciatim saeculi [illegible] in historiam ecclesiasticam

1722. 5c Schmeier, Joh. Andreas: De herbae exoticae theae infuso ejusque usu et abusu. Prog. I.

6. Meier, Joh. Henrich, Facult. juridicae decanus l. b. s. et o. (ad disputationem inaug. Johannis Georgii Ambrosii invitat).

7a. Meier, Joh. Henrich, Facult. juridicae decanus l. b. s. et o. (ad disputationem inaug. Joan. Christophori Bergii invitat).

7b Meier, Joh. Henrich, Fac. jur. decanus: Programma, dissertationi inaug. [illegible] Schorchii praemissum.

8. Meier, Joh. Henric: Dissertatio inaug. juridica, qua materia vectigalium atque commissorum proponitur.

9. Meier, Joh. Henric: Dissertatio inaug. juridica, proponens jura mariti in bona mobilia uxoris tam secundum jus Saxonicum, quam ex pactis dotalibus.

10. Meier, Joh. Henricus: De mora creditoris

11. Pockwitz, Michael: Dissertatio inaug. juridica exhibens decadem quaestionum matrimonialium secundum genuina juris ecclesiastici principia ac praxin ministerialem Erfurtensem decisarum.

12. Pollitz, Joan.: De pactis haereditariis et successoriis.

13. Pre, Joannes Fridericus, de: Theses inaugurales medicae, quas ex Hippocratis aphorismo I sectionis I deductas ... publicae eruditorum disquisitioni subjiciet.

14.a.b Priber, Christianus Gottlieb: De usu doctrinae juris Romani; de ignorantia juris in foro Germaniae

15. Rotermundt, Jo. Michael: De retractu conventionali potissimum eo, qui ex pacto de revendendo competit.

16. Rumpel, Johannes Georgus: De Sacratissimi Imperatoris atque imperii judicio, camera Wezlariensi

17.ᵃ ᵇ Schorch, Hieron. Frieder.: De eo, quod justum est circa renovationem investiturae, in casu, quo dominus fundi pluribus relictis successoribus decessit. 2 Exempl.

18. Strecker, Conradus Wilhelmus: De resignatione dominii judiciali, jure Sax. Elect. necessaria.

19. Streit, Jo. Philippus, Facult. juridicae decanus l. b. s. (ad disputationem inaug. Christfried Ernesti Besseri invitat).

20. Streit, Jo. Philippus, Facult. juridicae decanus l. b. s. (ad disputationem inaug. Christiani Henrici Freiesleben invitat).

21. Streit, Joannes Philippus, Fac. juridicae decanus l. b. s. (ad disputationem inaug. Christiani Gottlob Roberi invitat).

1722

22. Streit, Jo. Philippus, Facult. juridicae decanus l. 6 ...

(ad disputationem inaug. Henrici Philippi Mannischke invita...

23. ~~Treiber~~ Streit, Joannes Philippus: ~~De acquisitione juris per alium~~. De probatione, quatenus per examen testium in perpetuam rei memoriam fieri potest.

24. Treiber, Joannes Philippus: De acquisitione juris per alium.

25. Vollrath, Fridericus Wilhelmus: De jurisdictione alta et bassa.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-241207584-12

1721,2

2

FACULTATIS JURIDICÆ DECANUS

HUGO FRANCISC. HUNOLD,

J. U. D.

CONSILIARIUS REGIMINIS ELECTORALIS.

ERFORDIÆ,
TYPIS JOANNIS HENRICI GROSCHII,
ACAD. TYPOGR.

De [illegible] hominibus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-241207584-12

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-192015415-241207584-12

B. L. S.

QUandoquidem Magiſtratus officium ab ipſo DEO inſtitutum, teſte PAULO Apoſtolo *epiſt. ad Roman. c. 13. verſ. 10.* imo imperantes Dii vocentur *Exod. XXII. v. 28. Exod. XXI. v. 6. Pſalm. LXXXII. v. 1.* in codice ſacro *Eccleſiaſtis c. 2. X. v. 20. Actor. Apoſtol c. XXIII. v. 5.* & alibi, ideo imperantibus maledicere, merito ſevera lege prohibitum eſt. Ideoque nullum eſt dubium, quin magno ſe obſtrin-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-192015415-241207584-12

gant crimine, qui imperatorem Romanorum, ceu Magiſtratum omnium ſecularium ſummum maledictis proſcindere non verentur. Alia tamen hic ſe offert quæſtio, an ejusmodi convitia in Principem evomita ex lege Julia Majeſtatis ſint vindicanda? Olim innocentes plurimi, quacunque occaſione contemtæ majeſtatis, ad ſupplica rapti ſunt. Quare tres Imperatores clementisſimi THEODOSIUS, ARCADIUS & HONORIUS prohibuerunt, ne judices eos, qui maledictis Principem lacesſiverunt, vindicta legis Juliæ de crimine læſæ majeſtatis coercerent: ac quicquid hoc eſt criminis, illis condonarunt. Tres enim formarunt caſus, in quibus nolunt improbum petulantemque hominem pœnæ ſubjugari, nec durum aliquid vel aſperum ſuſtinere. Nam ſi maledictum ex levitate proceſſerit, illud contemnendum eſſe jubent. Si ex inſania, miſeratione hominem dignisſimum cenſent, cum ſatis ipſo furore punitus ſit *l. 9. §. 2. ff. ad leg. Pomp. de parricidiis:* ſi denique ab injuria, id remittendum ſeu condonandum, nec lubricum linguæ facile ad pœnam trahendum eſſe *l. 7. §. 3. ff. ad leg. Jul. Majeſt.* exiſtimant. Quamvis enim gloſſa & plurimi Doctores hanc

vocem

vocem *remittendum*, ita interpretentur, ac ſi tota cauſa remittenda eſſet ad Principem: nemo tamen huc usque docere potuit, vocabulum remittendi abſolute poſitum, & ſine perſona ad quam remitti debeat, in eo ſignificatu ſumi, uti recte monet CARPZOVIUS *part. 1. pract. crim. quæſt. 41. n. 115.* Regii profecto animi eſt, maledicta generoſe negligere, tyrannicum autem, ea ſevere caſtigare. Aliter tamen pronunciandum eſt, ſi verba calumnioſa ad ſeditionem tendant *l. 1. in fin. ff. ad l. Jul. majeſt.* vel ſint turbulentæ acclamationes, quibus ſalus Principis in periculum adducitur *l. 28. §. 3. ff. de pœn.* tunc enim Principi cognitio relinquenda, an & qualis calumniatori infligenda ſit pœna? videatur CARPZOVIUS *d. l. n. 18.* Auctores vero famoſorum libellorum, quibus Principis fama læditur, proprie criminis læſæ majeſtatis eſſe reos, negat HEIGIUS *part. 2. quæſt. 31. n. 47. & ſeq.* ſed mittimus hæc, cum *l. unicam C. ſi quis Imperatori maledixerit* lectione ſua curſoria illuſtraturus ſit, qui in cathedram Juridicam producendus eſt

 Nobi-

Nobiliſſimus atque Clariſſimus,
Jurium Candidatus, Dominus
GEORGIUS LUDOVICUS WESSEL,
Advocatus Magdeburgico-Mansfeldenſis,

Vitam is, ſi à DEO ceu cauſa prima diſceſſeris, Patri CHRISTOPHORO WESSELIO, JCto & quoad vixit, Judici civitatis Mellenſis, diœceſeos Osnabrügenſis in circulo Weſtphalico: ac Matri CATHARINÆ ELISABETHÆ WACKERIANÆ debet. Hi Parentes optimi præceptoribus illum domeſticis, in primis pietatis & literarum humaniorum elementis, usque ad duodecimum ætatis annum erudiendum tradiderunt. Deinde in Gymnaſium Osnabrügenſe dimiſſus eſt, in quo præter cæteros inferiorum claſſium Præceptores, Rectorem GRUBELIUM, hocque Mindam transmigrante, PONATUM, ac Conrectorem KORNFELDIUM ſedulò audivit. Hiſce muſis valedicens, Lipſtadienſem ſcholam viſitavit, Rectorem ibi nactus DEPENBROKIUM ac Conrectorem RICHTERUM, Bielfeldiam porro in patriam redux ſub Rectore MANZIO, ac Conrectore RICHTERO, quem jam Lipſtadii Præceptorem habuerat. Cum vero inſignes progreſſus demonſtraſſet, & ſcholaſticis ſtudiis animum nondum ſatiaſſet, duas adhuc celebres ſcholas cathedrales, Halberſtadienſem ſcilicet ac Magdeburgenſem viſitavit. In illa triennium Rectore KUBELIO ac Conrectore SCHAPERO, uſus eſt Magiſtris: in hac denique ſub Rectore MULLERO, Viro præclare docto ſibique favente, ac Conrectore KALENIO,

LENIO, vitam finiit ſcholaſticam. In Academiam Wittebergenſem delatus, Themidi ſacræ ſe mancipavit, ac JCtorum tum temporis clarisſimorum, STRAUSII, HEBERI, BERGERI, HORNII ac SVEVI Collegia indefeſsè frequentavit. Præ ceteris tamen non ſine animi voluptate, conſultisſimi HEBERI, ſolide & perſpicue Inſtitutiones Juſtiniani olim explicantis, recordatur. Cum præceptis moralibus ac politicis ut & qualicunque juris ſcientia animum imbuiſſet, Halam ſe contulit. Quo illum pertraxit ſama JCtorum ætate noſtra celeberrimorum, STRYKIORUM puta Patris ac Filii, THOMASII ac BODINI. Et in jure quidem Civili, Feudali, Publico & Eccleſiaſtico STRYKIUM ſeniorem, in criminalibus vero regulisque practicis juniorem, ſecutus eſt duces. Quibus prælectionibus etſi ſatis occupatus eſſet, ſedulus tamen illuſtris THOMASII in philoſophicis auditor extitit. Profectuum ejus in ſtudio juris hoc quoque teſtimonium non contemnendum erit, quod Halâ diſcedens ab illuſtri STRYKIO, Comite Palatino Cæſareo, dignitatem Notarii publici Cæſarei conſecutus ſit. Abſolutis ita ſtudiis academicis animum ad praxin juris applicavit, legum provincialium, die VIII. Auguſti anni MDCCIII. prævio examine & præſtito juramento, in numerum Advocatorum Regiminis Magdeburgici eſt receptus. Poſtea mutato rerum ſtatu, & Advocatis certis circulis in dicto ducatu incluſis, comitatui Mansfeldenſi eſt adſcriptus, quam commisſam ſibi ſpartam adhuc ſuſtinet. Præter Advocati munus, etiam in præfecturis duabus Wettinenſi ac Friedeburgenſi, aliisque minoribus judicis, ut vocant,

cant, Juſtitiarii vices geſſit. Nunc ut eo commendatior fieret illis, quorum cauſas in foro agit, à noſtro ordine decenter petiit, dari ſibi licentiam, ſummos in utroque jure ſuſcipiendi honores, laudabili ejus deſiderio annuentes in reſolutione transmiſſorum ex utroque jure textuum, & reſponſionibus ad obmotas quæſtiones ac dubia talem invenimus, qui ad ulteriora conſueta Candidatorum ſpecimina admitti meruit, initium faciendo proximâ die Sabbathi horâ nonâ in Auditorio JCtornm majore lectionem curſoriam ad prædictam *L. un. Cod. Si quis Imper. maledix.* & hac abſoluta diſputationem inauguralem de ADVOCATO LEGITIMATO inſtituet, cui actui ut LL. Cultores frequentes intereſſe velint, eâ quâ decet obſervantiâ rogantur, invitantur. Publicatum ſub Sigillo Facult. Jurid. in Feſto Aſcenſ. D. N. J. C. 22. Maji Anno MDCCXXI.

L.S.

Erfurt, Diss., 1721/22

ULB Halle 3
001 585 339

5b

VD18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-241207584-12

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-241207584-12

1721,2

2

…TATIS JURIDICÆ
…DECANUS

…GOFRAN-
…C. HUNOLD,

J. U. D.

…RIUS REGIMINIS ELECTO-
RALIS.

ERFORDIÆ,
…ANNIS HENRICI GROSCHII,
ACAD. TYPOGR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-241207584-12